

LECTIONES PUBLICAS  
ET PRIVATAS,

PER INSTANS SEMESTRE HIBERNUM,  
IN ACADEMIA LUDOVICIANA,

DEO DUCE ATQUE AUSPICE HABENDAS,

RECTOR

D. IO. FRIDERICUS  
KAYSER,

CONSIL. HASSO - DARMSTATT, ANTE-  
CESSOR ET RERVM IN ALMA LUDOVICIANA  
OECONOM. INSPECTOR PERPETUUS,

UNA CUM UNIVERSO

SENATV ACADEMICO

INDICIT,

ATQ; AD EASDEM SEDULO AUDIENDAS  
GENEROSOS AC NOBILISSIMOS OMNIUM FACUL-  
TATUM STUDIOSES PERAMANTER. INVITAT.

D. XIII. SEPT. ANNO MDCCXXXIX.

SVB SIGILLO ACADEMIÆ MAJORI.

---

GIESSÆ, TYPIS EB. H. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.



*In Facultate Theologica.*

**D. IO. GEORG. LIEBKNECHT,**


*SS. Theol. Prof. P. Ord. Superintendens, Consistorialis  
& Stip. Princ. Ephorus h. t. Decanus.*

**A**bsoluta Historia ecclesiastica tam V. quam N. T. in eo erit, ut *Fanaticismi* indolem inque hoc quos praecipue infatuata pravis opinionibus & doctrinis consuetudo rapit hor. IX. examinet, & infimul alia, quam sibi commodiorem eligere possunt, hora, *theologiam positivam* vnice ex saeratissima scriptura petitam breuiter ac solide proponat; *publicas* vero lectiones hor. XI, triplici Psalmorum analysi dabit, atque exinde quae & *studio hominibus* & vitae christianae prodesse possunt, adprime commonstrabit.

**D. REINH. HENR. ROLLIUS,**

*Prof. Publ. Ord. Senatus Eccles. Assessor, atque distr.  
Alsfeldensis Superintendens.*

**L**ectionibus *Polemicis*, in Syllogen controv. *Fechtianam*, *Exegeticas* quidem superiore semestri superaddere secum constituerat: Sed cum per valetudinem adversam, ultra finem *Polemizarum* progredi non licuerit, jam exegeticis paulisper sepositis, publice per semestre hibernum *hora decima Historiam Theologiae literariam* propinare decrevit, potiora singularum partium momenta brevi stilo complexurus, perpetuoque discursu illustraturus. Continuabit etiam diebus *Mercurii* & *Jovis* exercitium disputatorium in dictam Syllogen. *Privatim* vero perget in *Lectioibus dogmaticis*,  
quas



quas praterlapso semestri rogatu lectissimorum Commilitonum denuo exorsus est, easque bono cum Deo hoc ipso, quod ingredimur semestri, ad finem perducere studebit.

# ERNESTVS FRIDERICVS NEUBAVER,

*SS. Theol. Doct. eiusque Prof. publ. extraord.*

**R**ecitationibus publicis inceptum persequetur collegium *exegeticum in euangelium S. Matthaei*, & quae in enarrando illo & cum reliquis euangeliorum scriptoribus conferendo, itemque ad vsum adplicando, restant, capita ad finem deducere adlaborabit. *Priuatim* sese ad desideria Dn. Auditorum adcommodabit, theologiam *moralem* ad b. BVDDI praeepta, *dogmaticam, polemicam, homileticam, historiam ecclesiasticam*, aliasue sanctioris disciplinae partes traditurus: neque disputationes, si adsint, qui sumtus erogent, neglecturus.

## *In Facultate Juridica.*

# JO. FRIDER. KAYSER, J. U. D.

*Prof. Publ. Ord. & Prim. nec non rerum Oecon. in Alma Ludoviciana Inspector perpetuus, h. t. Acad. Rector.*

**P**er instans semestre brumale *Jus Canonicum* ad Ill. Bohmeri Institutiones, non ita pridem in lucem publicam editas, & praeeunte vel Hornio vel Mosero, pro desiderio & arbitrio Dn. Dn. Commilitonum, etiam *Jus Publicum* interpretabitur, nec deerit, si in aliis quoque legitimae scientiae partibus studium industriamque eorum, quam potest fieri largissime, promovere poterit.

D. JOH. FRID. WAHL,

P. P. O.

**P**ublice in Prælectionibus ad STRUVII *Jurisprudentiam Romano - Germanicam forensē* strenue perget. *Privatim* ad compendium *pandectarum* SCHÜTZIO - LAUTERBACHIANUM collegium instituet. Si qui præterea vel in *Institutionibus*, vel in *Jure Canonico*, vel in quavis alia juris disciplina, ejus manuactionem desideraverint, iis se non defore pollicetur.

HENRICUS CHRISTIANUS  
SENCKENBERG,

*D. Serenissimi Cons. Reg. diversis Stat. a Consil.*

*& Prof. P. Ord.*

**P**ublice praeleget I. *Institutiones Juris Civilis*, ad *Elementa HEINECCIANA* cogitationes suas adstricturus; ab hora IX. ad X. *Privatim* II. *Historiam Juris Romani ac Germanici universi nec non Canonici*, thesibus a se includendam, quas dictabit in calamum; ab hora X. usque ad XI. ante merid. III. *Jus privatum Germanicum*, ad filium compendii sui *Anfangsgründe* vocati, hor. XI. IV. *Rem Diplom. Disputationibus*, juxta ordine, bis per hebdomadam tradet, & postea theses hora deligenda explicabit, si numerus sit. Ad haec V. *Jus Feudale*. VI. *Publicum*. VII. *Processum judicarium universum*, præterlapso semestri a se thesibus traditum, auditororum, vota non morabitur, VIII. etiam *consuetas*, binis per hebdomadam vicibus, de novissimis rebus eruditis & ad Rempublicam spectantibus, in auditorio suo instituturus, quibus omnes id optantes, interesse queant.

JOH.



# JOH. HARTMUTH RAYS,

*J. U. Dr. & Prof. Publ. Ord.*

**P**ublice tractatum III. BOEHMERI utilissimum de actionibus præleget, & quum tot inepti quotidie in foris obvii sint libelli, eo duce, quod singulis actionibus atque exceptionibus conveniat petitem, ostendet. Privatim collegia ad *Institutiones & Pandectas* sospitante Deo ad finem perducta ita redintegrabit, ut illas singulis diebus una, hos vero, prout hætenus consuevit, binis horis, ordinem Compend. Jur. LAUTERB, secuturus doceat. Si qui præterea sint, qui disputando eo firmiorem Jurisprudentiæ habitum acquirere cupiant, in eorum gratiam theses juris controversas vel secundum seriem Institutionum vel Pandectarum publice ventilandas singulis sabbati diebus proponet.

# ERNEST. CHRISTOPHORUS ARNOLDI,

*Prof. Jur. P. Facultatisque Jurid. Assessor.*

**P**ublice materiam de cognationibus & computatione graduum in nuptiis explicabit, Exercitiumque Disputatorium instituet. Privatim autem singulas Juris partes tradet, nec minus pro placito Dn. Studiosorum, in addiscenda praxi Juridica, ut & in comparanda Statuum Europæ notitia suam declarabit promptitudinem.

*In Facultate Medica.*

# D. JOH. CASIMIR. HERTIUS,

*P. P. O.*

**P**ublice in anatomicis perget, operam daturus, ut privatim

vatim quoque in aliis muneris sui partibus Nobiliss. Dn.  
Commilitonibus satisfiat.

**LUD. HENR. LEO HILCHEN,**

*P. P. O.*

**P**ublice morborum primae culinae cognitionem & cura-  
tionem tradet. *Priuatim* in Iodoci Lommii observa-  
tiones medicinales commentabitur: nec iis deerit, qui vel in  
vniuersae Medicinae cursu, vel in Medicina legali operam  
ac manuactionem suam expetiuerint.

**D. GERARDUS TABOR,**

*P. P. O.*

**P**ublice praxeos specialis explicationem continuabit; qua  
absoluta, Medicinam Forensam ad ductum Institutio-  
num Medicinae legalis celeberr. Teichmeyer docebit.

*In Facultate Philosophica.*

**CHRISTOPH. FRIDERICVS  
AYRMANNVS,**

*Prof. Philos. prim. Histor. & Bibliothecar. acad.  
h. t. Facult. Philos. Decanus.*

**A**bsoluta in Collegio priuato ab hora II. ad III. labore  
continuo Historia noua, eadem hora Collegium Histo-  
riae vniuersae auspicabitur, iam superiori semestri promif-  
sum, sed ob defectum auditorum intermissum. Ab hora  
III. ad IV. Historiam Imperii Rom. Germanici tradet, alia-  
que hora commoda Historiam litterariam explicabit. Ex-  
ercitium disputatorium priuatim cum selectis auditoribus  
singulis.

singulis saturni diebus horis antemeridianis instituet, & post meridiem ab hora III. ad V. pro more Bibliothecam publicam aperiet. Nulli facile, si ut coepit bene valere perget, defuturus.

## JACOB. FRIDER. MULLER,

*Philos. Prof. Ordin.*

Publice tradet Logicam, privatim Ontologiam & Psychologiam, in aliis quoque pro viribus discentium commodis inserviturus.

## IO. LVDOVICVS ALEFELD,

*Philos. natur. Prof. ordin.*

Absoluta per aestatem in scholis publicis parte *Physices* generali, ad specialem nunc progredietur, eamque instanti hieme ad finem perducet, alia quoque, si desiderentur, additurus. *Historiam philosophicam*, omnium ordinum studiosis scitu perquam necessariam & utilem, privatim enarrabit; & e practicarum, quas vocant, scientiarum numero vel *Ethicam*, vel *Ius naturae & gentium*, ducibus auctoribusque, qui viam praecant, idoneis electis, pertractabit.

## ERNEST. FRID. NEVBAVER,

*Theol. ac Philos. D. Antiqq. & Gr. atque orientis lingg. P. O.*

*Braecorum antiquitates* ad ductum clarissimi nominis, Theologi & philologi Bremensis, D. CONR. IKENII, laetibus suis eruere praelectionibus publicis sataget: idque e ratione, ut praecipue materias, quae ad statum veterum iudaeorum ecclesiasticum adcuratius cognoscendum faciunt, & sine quibus sacrae litterae recte intelligi nequeunt, veluti *de tabernaculo, templo, sacerdotibus, festis diebus, sacrificiis,*  
copiose

copiose non minus quam adcurate exponat, innumerisque dictis non contemnendam lucem adfundat. *Priuatim* omnibus muneris sui partibus satis facere non intermittet, *graeca, ebraea, orientalia*, si desiderentur, docturus, neque iis refragaturus, qui in rabbinicis proficere cupiunt: quibus celeb. **HARDTII** *Hoseam illustratum*, & eximium ac morali doctrina praestantissimum libellum *פרקי אבות capitula patrum* praeleget.

## CHRISTIAN. LVD. GERSTEN,

*Math. P. O. & Reg. Soc. Lond. Sod.*

**P**ublice Elementa Mechanicæ, Opticæ atque Astronomiæ explicabit. In privatis vero & privatissimis collegiis sedulo perget, novum quoque cursum Matheseos discendi cupidis aperiet.

## IO. HERMANNVS BENNER,

*Eloq. Prof. Ord. & Paedagogiarcha.*

**R**hetoricam sacram **B. GLASSII** publice; priuatim orationes & carmina componere, docebit.

## CHRISTOPH. LVD. RVDIGER,

*Prof. P. extra ordinem, Desinit. & V. D. M.*

**I**N praelectionibus publicis ea, quae in Lineam. Metaphys. **D. ROLLII** restant, ad colophonem deducet; quibus Lineam. theol. natural. eiusd. ven. auctoris in priuatis acrobasis superaddet; nec notitiam optimorum in quouis eruditionis genere scriptorum, collegio litter. tradere, negliget.

**H**abebunt etiam *Generosi & Nobilissimi Cives* commodissimam occasionem in arte equestri, in ludo palestra, in arte commode & perite saltandi, nec non in linguis exoticis, Gallica, Italica, apud exercitiorum istorum & linguarum magistros, publica auctoritate constitutos, habiles admodum & idoneos, proficiendi, profectus suos augendi, partamque habilitatem perficiendi,